

RHCL, Munsterabdij Roermond, toegang 14D039, inventarisnummer 1 folio 13 nummer 19, gedateerd 1 maart 1240.

In nomine Domini amen. Ego Hinricus, dominus de Kuic notum esse cupio tam presentibus quam futuris quod ego vendidi iuste et legitime abbatisse et conventui sancte Marie in Ruremunde decimam meam in Hertene et in Merheim tam magnam quam minutam cum omnibus attinentiis suis preter decimam de nutrimentis animalium solius curtis mee superioris in Merheim pro centum et septuaginta marcis coloniensis monete conventi et finiti precii presentibus et expressim consentientibus Alberto, filio meo, et fratribus meis domino Rutgere de Herpene, Gordefrido canonico Xanctentensi et Theoderico et omni iure quod habebant ad impediendam iam dictam venditionem expressim abrenuantibus. Preterea decimam in Uunnewerde quam Rutgerus de Hertene a me tenet in feodo tali modo quod si dictus Rutgerus prefantam (sic!) decimam vendere voluerit supradicta abbatissa et conventus propinquiores erunt in emendo et si emerint, tunc idem Rutgerus et sui heredes ab homagio ratione illius decime mihi debito liberi erunt Si vero predictam curtim mean superiorem extra fossatum castrum in quo nunc sita est locari vel construi vel ibidem per venditionem ad aliam manum contigerit devenire, altero istorum contingente tenebitur ad solutionem munute decime sicut alie domus predictae ville de Merhem. Insuper cavi et promisi sepedicte abbatissa et conventui stipulantibus de vicio et evictione et de omnibus que necesse est promitti secundum leges vel canones occasione venditionis iam facte abrenunciando exceptioni non numerate et non tradite pecunie et omni iure et auxilio quod mihi competere posset ratione predicti contractus. Acta sunt hec coram testibus ad hoc vocatis et rogatis Cunone priore de Ruremunde, Thomas, Iacobo et Gerardo sacerdotibus, magistro Frederico de Kuic, domino Theodetico de Altena, domino Wilhelmo de Hurne, Iacobo de Mirlar, Sibeto de Asselle et Hermanno fratre eius, Iohanne de Cruigten, Guntero, Theoderico, Lamberto, Henrico et Gerardo sabinis (sic!) in Ruremundo. Anno Domini MCC quadragesimo kalendas marcii. Vt hec robor habeant et vigorem omnisque imposterum amputatetur dubietas, presentem cartulam super hoc conscriptam memoratis abbatisse et conventui tradidi sigillo Domini mei Ottonis comitis Gelrensis sub cuius testimonio hec facta sunt et meo sigillatam.

In naam van de Heer amen. Ik Hendrik, heer van Cuijck wil dat het allen die nu leven of in de toekomst bekend is dat ik op rechtvaardige en wettige wijze aan de abdis en de kloostergemeenschap van de heilige Maria in Roermond mijn tiend in Hertene en zowel de grote als kleine in Merheim met alles wat daar bij hoort behalve de tiend aangaande het voer van de dieren van alleen mijn bovenhof in Merheim voor 170 marken in Keuls geld van het overeengekomen en bepaalde geld heb verkocht, terwijl mijn zoon Albert en mijn broers, de heer Rutger van Herpene, Gordefridus, kanunnik van Xanten, en Dirk aanwezig waren en nadrukkelijk instemden en nadrukkelijk afstand deden van al het recht, dat zij hadden om de genoemde verkoop te verhinderen. Bovendien de tiend in Uunnewerde, die Rutger van Hertene van mij in pacht heeft op zo'n manier dat, als de genoemde Rutger de voornoemde tiend zou willen verkopen, de hierboven beschreven abdis en kloostergemeenschap de eerste zullen zijn om te kopen en als zij het zouden kopen, dezelfde Rutger en zijn erfgenamen vrij zullen zijn van leenhulde, die aan mij verplicht is wegens die tiend. Als het echter zou gebeuren dat mijn voornoemde bovenhof buiten de gracht van de versterking waarin die nu is gelegen, wordt geplaatst of gebouwd of daar door verkoop daar in een andere hand terecht komt, zal die wanneer een van deze dingen gebeurt, verplicht zijn tot de betaling van de kleine tiend zoals de andere huizen van de voornoemde plaats van Merhem. Bovendien heb ik gewaarborgd en beloofd aan de vaak genoemde abdis en kloostergemeenschap, die voorwaarden stellen met betrekking tot het in gebreke blijven en opvordering en alle dingen waarvan het nodig is dat ze beloofd worden volgens de wetten of rechtsregels ter gelegenheid van de al gedane verkoop door afstand te doen van de uitzonderingsregel van niet betaald en overhandigd geld en elk recht en bijstand die ik kan krijgen vanwege de voornoemde overeenkomst.

Deze dingen zijn afgehandeld voor getuigen die hiervoor waren uitgenodigd en gevraagd: Cuno, prior van Roermond, de priesters Thomas, Jacob en Gerard, meester Frederik van Cuijck, Dirk van Altena, heer Willem van Hurne, Jacob van Mirlar, Sibertus van Assele en Herman zijn broer, Jan van Cruigten, Gunter, Dirk, Lambert, Hendrik en Gerard schepenen te Roermond.

In het jaar van de Heer 1240 op 1 maart.

Opdat deze dingen kracht en zeggenschap hebben en voor later alle twijfel de kop wordt ingedrukt, heb ik de onderhavige akte, die hierover is opgesteld aan de vermelde abdis en kloostergemeenschap overhandigd, gezegeld met het zegel van mijn heer Otto, graaf van Gelre, onder wiens getuigenis deze dingen zijn gedaan, en mijn zegel.

Transcriptie en vertaling WvB.